Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectanea - Cod. Karlsruhe 506

[S.l.], [12.-13. Jh.]

Rescriptum iheronimi

urn:nbn:de:bsz:31-22667

Visual Library

Dilectissimo fratri iheronimo presbytero chromatius
et heliodorus episcopi in domino salutem. Ortum marie
regine virginis et nativitatem atque infanti-
am domini nostri ihesu christi in apocriphis invenimus libris in
quibus multa contraria nostre fidei considerantes recusanda
credimus universa, ne per occasionem christi antichristo le-
ticiam traderemus. Et ita quod nobis considerantibus extite-
runt viri dei armenius et virinus. qui dicerent sanctitatem
tuam beatissimi mathei evangeliste manu scriptum
volumen hebreicum invenisse in quo et virginis ma-
tris et salvatoris nostri infantia esset descripta. Et id-
circo tuam caritatem per ipsum dominum nostrum ihesum christum expe-
tentes quesimus ut illud ex hebreo latinis auribus
tradas. et non tantum ad percipienda ea que sunt christi insignia
quam hebreorum astuciam expellendam. qui ut doctri-
nam malam instruerent bonam christi nativitatem suo
mendatio miscuerunt ut per dulcedinem vite mortis
amaritudinem occultarent. Erit ergo purissime ca-
ritatis ut vel rogantes fratres exaudias vel episcopos exi-
gentes caritatis debitum et quod idoneum credide-
ris recipere facias. Vale in domino et ora pro nobis.

Rescriptum iheronimi presbyteri ad supradictos episcopos.

Dominis sanctis ac beatissimis chromacio
et heliodoro episcopis. iheronimus exiguus
servus christi in domino salutem. Qui terram consciam au-
ri fodit. non illico arripit quicquid fossa profuderit
lacerata. sed prius quam fulgentium pondus sunt ca-
brum iactu ferri suspendat interim vertendis
sopinandisque cespitibus immoratur et sepe alit qui non du-

lucris auget. Arduum opus iniungitur. cum hoc fuerit
a uestra in beatitudine imperatum. quod ipse sanctus matheus
apostolus et ewangelista noluit in aperto conscribi. Si hoc
enim secretum non esset. euangelio utique ipse quod edidit
addidisset. Sed fecit hunc librum hebraicis litteris ob
signatum quem usque adeo edidit ut hodie manu
ipsius liber scriptus hebraicis litteris a uiris religiosis
simis habeatur qui eum a suis prioribus per successionis te
pore susceperunt. Hunc autem ipsum librum cum numquam alicui
transferendum tradiderunt. textum uero eius aliter atque aliter
narrauerunt. Sic factum est ut a manicheo disciplo
nomine lucio. qui etiam apostolorum gesta falso sermone con
scripsit. hic liber editus non edificationis sed destructionis
materiam exhibuerit et quod talis probaretur in sinodo
cui merito aures ecclesie non paterent. Cesset nunc
oblatrantium morsus non ipsum librum canonici
nos scripturis adiudicamus scriptis. sed ad detegendam here
seos fallaciam apostoli atque euangeliste scripta transferi
mus in quo opere tam iubentibus piis episcopis obtemperamus quam
impiis hereticis obuiamus amor christi est. cui satisfa
cimus credentes quod nos suis orationibus adiuuet qui
ad saluatoris nostri sanctam infantiam per nostram potu
erunt obedientiam peruenire. Prologus iacobi filii io

Ego iacobus filius ioseph fabri conuersans in timore
dei. perscripsi omnia que oculis meis ipse ui
di fieri in tempore natiuitatis sancte marie
siue saluatoris. gratias agens deo qui de
dit sapientiam in historiis aduentus sui. ostendens
plenitudinem xii tribubus israel.

ex pt res